



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

est in manu intercessoris: nā si populus unus cū Deo
fuisset, non indiguisset mediatore: igitur, quia diuer-
sus à Deo fuit, mediatore opus habebat: unde Hiob
cōperitur, sibi ex oculis ereptum esse mediatorem,
proinde omnes vias Deum adcedendi, clausas esse.

ET QVAECVNQVE ANIMA EIVS.

Omnino mihi tacendum est, & succumbendū, quia
solus Deus potēs est, facit pro libidine sua, quaecunq;
voluerit, atq; adeo etiamsi pro meriti mei dignitate,
omnem animi sui libidinem in me expleuerit, nondū
tamen potentie suae satisfactū est: quātuncunq; ad-
fugiet, iudicet ac puniat, minus est, et uix scintilla eius
quod adhuc potētia sua insugere posset: proinde tur-
bor, terreo, contremisco, cor meum sicut cæra lique-
scit à facie horroris Dei, tenebrae infelicitatis à me nō
recedunt, caligo mortis semper ob oculos uersans, nō
desino. Nam consydera, quanta sit miseria & calamitas,
semper ob oculos mortem uidere imminentem?

CAP. XXIII.

Vare ab omnipotente nō abscon-
dita essent tempora, & cognosce-
ntes eum, non uiderent dies eius &

A N N O T . I N H I O B

Terminos abiiciunt, gregem diripiunt & depascunt.

Afinum pupillorum abigunt, proprognore diripiunt bouem uiduae.

Deiciunt pauperes de uia, pariter abscondunt se pauperes terræ.

Ecce onagri in deserto egrediuntur iuxta consuetudinem suam, mane ad prædium præparando sibi cibum pro catulis.

In campo non suo metunt, & uineam impie acquisitam uindemiant.

Nudum pernoctare sinunt sine uestibus, quibus non est opimentum in frigore.

A fluctu montium humectantur, ut præ nullo tegumento, amplectantur petram.

Diripiunt a mamilla pupillum, & a paupere pignus extorquent.

Nudum ambulare sinunt sine ueste, & esurientibus auferunt spicam.

In molendina eorum oleum producunt, (pauperes) torcularia trahunt & sitiunt.

De ciuitate uiros fecerunt gemere (tyranni) & animam uulneratorum clamare, (fecerunt) & Deus non reddit meritum.

Ipsi

Ipsi sunt rebelles lumini, nō agnoscunt
lucem eius, nō reuertunt ad semitas eius.

QVARE AB OMNIPOTENTE &c.

Humana ratio solet Deum & eius sapientiā non e
Verbo, sed e suo captu aestimare: iam quū pro ratione
sua prudentiā colligat, solos malos & poena dignos,
adfligendos, & iniustum esse si insons adfligatur, exi
guntur Deum ad eandem prudentiā regulam, pro
nunciāns Deum, non nisi fontes punire, infontibus
vero parcere. Quod si uero ad hanc regulam, cōmu
nas rerum euetus exegeris, planē diuersum occurrit:
boni mali, benedicuntur: boni, maledicuntur: impij,
steterunt: piij, marcescunt: hi sunt humanarum rerum
casus: hec fortunæ alea est. Proinde si omnino ratio
nis humanæ pronunciantis, malos duntaxat adfligi,
bonos uero benedici, sententia steterit, consecraneum
erit, Deum non curare res mortalium, aut ignorare,
quid in hoc mundo geratur, quādoquidem si diligens
mundi cconomus esset, aut rerum humanarum con
sensus, non pateretur, sic omnia susq; deq; ferri, ut ma
li belle uerent, & boni opprimerentur. Itaq; Hiob
ait, quare ab omnipotente abscondita essent tem
pora: hoc est, si iuxta uestram, o amici, opinionem,
Deus solus malos adfligeret, bonos non item, recte
quis sentiret, à Deo abscondita esse tempora, id est,
Deum nō curare res mortalium, in hoc mundo, ac nō

Ratio huma
na, sentit De
um non cura
re res huma
nas.

ANNOT. IN HIOB

scire, quæ sint commoda afflictionis temporis, id quod longe absit, ne quis de Deo suspicetur: proinde oportet uos amicos, falso de sapientia Dei iudicare.

ET COGNOSCENTES EVM NON VIDERENT &c. Gloriamini uos Deum scire, et sapientiam eius agnoscere: nã si duntaxat affligi malos, & tamen interim belle uiuunt, reliquum est ut uos ipsi ignoretis dies eius, id est, rationem & tempus, quibus Deus malos male perdit, quid igitur falso gloriamini de cognitione Dei? an ne hoc est nosse Deum, sapientiam eius ad captum humane rationis exigere? Atqui in rebus diuinis, nihil magis cæcum est, humana ratione, quæ usq; adeo est excæcata, ut quo diutius Deum querat, eo minus inueniat.

TERMINOS ABIICIUNT &c.

Enumerat nunc Hiob, impiorum facinora, in quibus tamen prosperrime, sine omni afflictione uiuunt, ut ostendat clarissime contra amicos suos, bonos potius affligi, quàm malos: ij enim non solum mala designant, uerum etiam, in malis fœlices sunt. Terminos, inquit, abijciunt, id est, limites agrorum effodiunt et disijciunt, ut agrorum suorum fines proferant. Terminos autem proferre, proximi danno, etiam in lege prohibitum est, Deut. 19. Non assumes, ut transferas terminos proximi tui &c. & eiusdem 27. Maledictus qui transfert terminos proximi sui. Sic & prouerb. 22.

Ne

Ne transfer terminos, quos maiores tui constituerunt.
 Potest hoc allegoricòs, de impijs tyrānis intelligi, qui
 nullam legum antiquarum, hoc est, diuinarum ratio-
 nem habent, sed pro libidine sua, nouas subinde leges
 figentes, ac resigentes, dominantur.

GRGEM DIRIPIUNT &c. Licebit hoc
 intelligere, uel de pecorū direptione, quæ impij abigunt
 et depredantur, quemadmodū & Arabes Hiobē spo-
 liarunt: uel de subditorum spoliatione, de qua Ezech.
 34. Ne pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos.

ASINVM PVPILLORVM ABI-
 GIUNT &c. Quantū malum sit, pupillis & uiduis
 iniuriam inferre, uel ex hoc cōiici potest, quod Deus,
 se pupillarum patrem, & uiduarum iudicem uocet.

DEICIUNT PAUPBRES DE VIA.

Tyranni impij, præ se uulgum subditum, non ali-
 ter quàm bestias & iumenta reputant, ac toruum ut-
 dentes, mala ipso etiamnum aspectu, ni paueant, ni
 cedant, minantur: coguntur itaq; miseri, præ formi-
 datione, sese à conspectu tyranni, abscondere, & habes
 hoc loco, pulcherrimam tyranni ἐξόρα descriptionem:
 aspectum enim boni & moderati principis, ueluti nu-
 num quoddam, uenerantur subditi: cōtra tyranni aspe-
 ctum, quasi Sathanam exhorrescunt.

ECCE ONAGRI IN DESERTO.

Pergit Hiob, sub ferocitate onagrorum, tyrannā

Tyranni de-
 scriptio.

ANNOT. IN HIOB

imaginem, ob oculos ponere: onagri enim, mane ad
 prædã exeunt, ut diripiant alienos labores, quibus
 catulos nutriant: ita tyrã, leges iniquas cõdunt, quibus
 subditorũ inhiantes, ut liberos suos ditent: adhas
 alienas messes demetũt, vineas impietate et exactio-
 nis acquisitas, vindemiant, in tantis aut̃ flagitijs, sceleribus
 inuunt: quod igitur Deus, solos malos adfligit?

NVDVM PERNOCTARE &c.

NULLA pietas est in tyrannis, non solum enim
 non uestiunt nudum, sed et uestem, si qua reliqua est,
 denudatis diripiunt, ut in frigore contabescant, & in
 tempestate, præ fluctibus montium, non aliud asyllum
 habeant, quã fissuras petrarum in montibus, domo
 & uestibus spoliati.

Factores pu-
 pillorum, &
 uiduarum.

DIRIPIVNT A MAMILLA &c. Hoc
 est, tyranni sciunt pupillos & uiduas facere. Ezech
 19. Iehoiã factus est leo, didicit prædam capere, et
 homines deuorare, didicit uiduas facere &c.

IN MOLENDINA EORVM. Hoc est,
 tyrannorum subditi, coguntur suo ipsorum impedi-
 agrum tyranni colere, seminare, spicas demetere, in
 horreũ inuehere, triturare, in molendinã uectare, ac
 reuectare, hoc enim est oleum in molendina produce-
 re: torcularia quoq; in quibus oleũ aut mustũ extor-
 quetur, trahere coguntur subditi à tyrannis, interim
 egregie sitientes: neq; enim cibus datur subditis in la-
 bore,

bove, sed etiam si, uel agrum demetant, uel uuas, aut oleum in torculari extorqueant tyranno, nihil tamen earum rerum ad ipsos redit, id quod Dominus, nec bestis denegauit, ait enim in lege: os boui trituranti, non obligabis. Quantum igitur iudicium in eos futurum putas, qui in homines, eiusdem carnis, eiusdem patriæ, eiusdem fidei, eiusdem Christi, commutunt, quod nec in terra animalia committendum est? quod malum, in Germania frequentissimum est. Væ igitur Germania.

DE CIVITATE VIROS FECERVNT.

Hoc est, tanta tyrannide subiectus populus, ab impio magistratu premitur, ut non possit non gemere, ac clamorem clamare: est autem gemitus oppressorum ac potens, penetrat enim nubes ac coelum, ut est Exod. 2. Ingemiscunt filii Israël, propter opera operati sunt, ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus, et audiuit gemitum eorum. Auxiliatur igitur Deus, ad fluctus et oppressis, et liberat eos à tyrannide, non gladio, sed pio clamore, et oratione fidelium.

Gemitus oppressorum ex audit Deus.

ET DEVS NON REDDIT MERITVM.

Id est, quanquam impij tyranni, aduersus miserum vulgus, tanta mala perpetrent, non tamen pro merito suo adfliguntur, sed uiuunt felices, potiuntur uictoria, gloriosi redduntur. Proinde excæcantur è prospero successu, suspicantes suam impietatem, iustam esse: et qui contra, uel mutierit, eum, tanquam seditionis

ANNOT. IN HIOB

authorem, in capitale supplicium uocant.

IPSI SVNT RBELLES LVMINI. Id est
quia impij tyranni, nō cito Dei iudicio uisitantur, sed
deficiunt à uero lumine, à uera foelicitate, spernūt bo-
ne monentem, non agnoscunt uias Domini, non respiciunt,
sed propter foelicem successum, in impietatibus obdurantur. Ecclesiastici s. quia non profertur
cito, contra malos sententia, absq; timore ullo, filij ho-
minum perpetrant mala.

In diluculo confurgit homicida, inter-
ficat egenum & pauperem, & de nocte sic-
cut fur.

Oculus adulteri obseruat caliginem,
dicens, non uidebit me oculus, & abscon-
dit faciem.

Perfodit in tenebris domos, interdum
quasi sub signaculo abscondunt sese, &
nesciunt lumen.

Quoniā simul mane ipsis est umbrositas
agnoscit enī (in die) terrores tenebrarū.

Leuis est (quasi) super aquas (uehere-
tur) dissipatur leuirate substantia eorum
In terra, non aedificat uiam uinearum.

(Sicut) ariditas & calor absorbēt aquas
niuis (ita) infernus peccatores.

Obli

Obluiscens eius misericordes, uoluptas
eius uermibus scater, nemo unquam eius re-
cordabit, et conteret sicut arbor putrida.

Adfluxit sterilem non parientem, & ui-
dwa non bene fecit.

Detrahit potentes tyrannide sua, etiam
si exaltatus fuerit, non credet uitae.

Parat sibi confidentiam, cui innitatur
& oculi eius super uias eorum (subdito-
rum directi) sunt.

Exaltati sunt paululum, & non erunt,
humiliabuntur sicut omnia, finient, &
sicut summitas spicae, decutientur.

An non est ita? quis mendacii arguet
me, & ponet ad nihilum sermonem meum?

DIVERSA LECTIO.

*Quod legas, perfodit, in singulari numero, & dein-
claudunt, ac nesciunt, in plurali, cum tamen adhuc de
edere, sermo sit, de adultero & adulteris, memineris
esse numeri mutatione, apud Hebraeos frequentissima.*

IN DILUVIO CONSVRGIT &c.

*Ut tyranni, sic & homicidae ac fures, in suis flagi-
is foelicissime uiuunt, promouet conatus eorum, no-
ta enim surgunt, clanculum insidiantur hominibus,
ut rapiant aut occidant, atque ad haec flagicia, sic Deus*

ANNOT. IN HIOB

connuet, quasi fauere uideatur: si igitur, solos male
adfligit, cur illos tolerat? cur non aridas reddit manus
eorum, dum extendunt eas ad furtū, aut homicidū.
sed ij, prosperum habent successum, quum interim
pij opprimantur, & flagellentur.

OCVLVS ADVLTERI OBSERVAT

Etiā adulteri, prospere agunt in suo facinore, nec
corripūtur subitaneo Dei supplicio. iam quod Nume
25. fornicatus sit populus Israēl, cū filiabus Moab, &
propter fornicationes occisi sint uiginti quatuor mila
lia hominū, exemplar diuini iudicij in fornicationē et
adulteriū exhibitum est. Proinde, etiā si nunc Domi
nus. ad adulteria & fornicationes cōnuet, nō tamen
in finē connuet, ut Psal. 49. Si uidebas firem curre
bas cū eo, & cum adulteris portionē tuam ponebas:
hac fecisti, & tacui, existimasti inique, quod erot ut si
milis, arguam te, & statuā contra faciem tuam. Por
rō, quanto supplicio Deus, fornicationes & adulteria
puniturus sit, ex lege constat, qua dicitur: adulter &
adultera, morte moriantur: & Prouer. 6. stulti cū me
chantur, uitam amittunt. Item apud Paulū: nec adu
teri nec fornicatores, regnum Dei possidere possunt.
Describuntur aut hoc loco pulcherrime, fornicatorū
& adulterorū mores, quemadmodū etiam legis Pro
uerb. 7. Nam noctes amant obscuras, in tenebris per
trant domos alicnas, interdū aut latent à scorto ab
scoditi

conditi, aut tergunt os, quasi innocentes, odiunt lu-
 cem: lux enim ipsis est, ueluti horrendæ tenebræ: ade-
 oque, sic luce & die terrentur, ut alij tenebris. Iam per Fornicatio spi-
 fornicationes omnium peccatorum natura, descripta ritualis, pecca-
 est: qui enim male agit, odit lucem, & omne malum, men-
 tum.
 dicium est: tantisper autem constat mendacium, dum ueri-
 tati luce illuminatur, qua adueniente, mox dispelli-
 tur mendacium: ita & omne peccatum, lucem odit, qua
 incalescente, constare non potest: proinde Sathan
 omnem mouet lapidem, ut obscuret mentem nostram,
 ne intelligamus peccatum: aut si maxime intelligimus,
 facit ut excusemus, & specie boni ueletur.

LEVIS EST QVASI SVPER AQVAS.

Similitudine quadam leuitas fornicatorum expri-
 mitur, ut bulla super aquas nata, nunc huc, nunc illuc
 fertur, ita fornicator aut adulter, inconstantissimi ani-
 mi est. Nam res est solliciti plena timoris amor. Vbi
 autem timor, ibi incōstantia: solus is cōstat, qui Domino
 adheret. At fornicator, ita sordidat corpus suum, ut re-
 ceant ab eo, Dominus & spiritus eius: proinde, ni-
 hil animi uirilis, nihil constantie ei relinquitur.

Fornicatorum
 incōstantia.

DISSIPATUR LEVITATE SVB-
 STANTIA. Qui fornicationi student, inertes, et re-
 rum suarum negligentes sunt: eorum opes diffuunt: nō
 colunt agros, non curant uineas, sed unā cum ipsis, Ignauia forni-
 catorum.
 omnia eorum bona subinde maledicuntur, & decrescunt.

ANNOT. IN HIOB

SICVT ARIDITAS ET CALOR

Hoc est, utcumq; uiuant in hoc seculo peccatores, uel prosperrime, deglutientur tamen ab inferno, delentur in profundam perditionis foueam: & quem admodum aquae niuis, soluantur à calore, & diffundunt, nescio quo: ita impij, ut maxime aliquandiu feliciter uiuant, ita tandem ab ardore diuini iudicij consumuntur, ut nihil eorum remaneat.

*Cōmunionē
sanctorū priuatur peccator.*

OBLIUISCETVR EIVS MISERICORS. Aliàs, communitio est sanctorū, quorū unus est liber uite, una fides, unus Dominus: impius uero ex hac cōmunionē eiicitur, usq; adeo, ut ne nomen eius agnoscatur: tam quia, ipse nullā misericordiā alicui exhibuit, igitur in iudicio nulla ei exhibebitur, sed erit uermium osea, uoluptas eius in abominationem uertetur.

NEMO VNQVAM EIVS RECORDABITVR. De iustis dicitur. In memoria eterna erit iustus. Sed de peccatoribus, nomen peccatorum delebitur in terra, & sicut arbor putrida foras proiecitur, & conculcatur, ita impij à facie Dei in ignem eternum protrudentur, Quare? quia

ADEFIXIT STERILEM NON PARIENTEM.

Hoc est, impius ideo in perditionem protrudetur sicut arbor putrida, quia adflixit sterilem non parientem, hoc est, adflictionem addidit adflictioni (est enim in lege sterilitas maledictio) calamitatem, calamitatem.

uidua

vidue non benefecit, impotentiores se, calumnijs circumuenit, tyrannide sua oppressu, opprimere enim inferiores, impiorum proprietas est. Vnde et Ezech. 25. leones dicuntur.

ETIAMSI EXALTATVS FVERIT.

Hoc est, tyrānus, quantumcunq; firmus uideatur, & probe munitus, nunq̄ tamē securus est. Sic & Mo se de impijs scribit Deuter. 28. Timebis nocte & die, & non credes uitæ tuæ, crit uita tua pendens ante te. **PARAT SIBI CONFIDENTIAM.**

Tyrannus sibi male conscius, omnia munit, omnia cauet, omnia timet, & ut Plato ait: tyranni uiuunt longē uinculis quibusdam formidinum, & amorū de uicti, ac solis in ciuitate, minime egredi aut peregrinari licet, nec quicquam eorum quæ alij libere solent, audient: promde, omnia subditorū consilia explorat, omnes eorum conatus circumspicit, ne seditio oriatur, & ut paret sibi securitatem, nunc arces munit, nunc equales & milites stipendio cōducit, nunc onera grauisima in subditorū humeros reijcit, quo eos in officio cōtineat, ne ociosi de pernicie tyranni consulent, ut habes Exo. 1. Tam quia impio conatu, periculū effugere studet, ideo adcidit ei quod timet.

Tyranni misera conditio.

Tyrāni eo im-

EXALTATI SVNT PAVLVLVM.

Nemo existimet impios, aut tyrannos ideo foelici quāto sunt ores, quia exaltati & glorificati sint, in hoc mundo, sublimiores.

foeliciores, quāto sunt sublimiores.

ANNOT. IN HIOB

nam quo magis exaltati sunt, eo maius iudicium merentur eos, ut Esaias inquit: omnis mons & collis humiliabitur, & ut fulmina non feriunt nisi altissima quaeque turre, & montes: ita iudicium Domini graue, in sublimis fertur: Deposuit, inquit Beata uirgo, potentes de sede, & exaltauit humiles. Nam quemadmodum spicarum summitas, tandem pro sua grauitate in terram deorsum trahitur, & quum maturuerint arista, grana earum maturitate excussa, decidunt: ita impii paulatim in altum succrescunt, & eleuantur, donec maturuerint ad iudicium, tunc enim subito in profundum deijciuntur. Sic Gen. 15. Nec dum completae sunt iniquitates Amorreorum, hoc est, Amorreii nondum maturuerunt ad iudicium.

AN NON EST ITA, QVIS MENDACII. Id est, quae loquor uera sunt, neque enim est felicitate externa, pietas probari potest, alioqui nemo magis impius pijs esset, siquidem omnibus hominibus miseriores sunt, neque ex infelicitate, impietas, quando omnium prosperrime uiuant impij: utcumque autem prospere agant, habet tamen suum iudicium, quod effugere non possunt.

CAP. XXV.

R Espondens Bildad Suites, dixit.
 Nonne potestas & terror apud ipsum sunt